UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Codex diplomaticus Brandenburgensis

Sammlung der Urkunden, Chroniken und sonstigen Quellenschriften für die Geschichte der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

Supplementband und Schluß des ganzen Werkes bis auf die Register

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1865

CXVIII. Bischof Stephan von Brandenburg bestätigt die Rechte der Kalandsbrüder zu Berlin und fordert zu ihrer Unterstützung auf, am 29. Dezember 1456.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55834

Visual Library

CXVII. Kurfürſt Friedrich verſchreibt der Gattin ſeines Rathes Henning Schuwoltz Nienhofe, Dahlewitz und andere Orte zum Leibgedinge, am 15. Juli 1455.

Wir friderich — Bekennen —, das fur vns komen iſt vnſer Rat vnd liber getruwer Henning Schuwoltz vnd hat vns mit fliſſe demutiglich gebethen, das wir Anna, ſeiner elichen hufsfrawen —, nyenhofe, dalewitz, Rulſsdorff, ſchonenbeke, die wuſte ſtete, helferſtorff, die wuſte feltmarcke, — jn maſſen ytzund die der gnante Henning Schuwoltz jnhat — zu rechtem lipgedinge gnediglich verlihen — vnd wir verlihen jr die — vnd wir geben jr der zu einem Inwiſſer vnſern Rat vnd liben getruwen Heyne Pfuel —. Coln, an der Sprew, am dinſtag nach ſant Margarethen tag, Anno etc. L quinto.

Rel. Heyne Pfuhl.

Nach dem Churm. Lehns-Copialbuche C. M. XX, 163.

CXVIII. Biſchof Stephan von Brandenburg beſtätigt die Rechte der Kalandsbrüder zu Berlin und fordert zu ihrer Unterſtützung auf, am 29. Dezember 1456.

Stephanus, Dei gratia Epiſcopus Brandenburgenſis, ad futuram rei memoriam, pro parte honorabilium Dominorum Fratrum Calende ſeu fraternitatis exulum ſacerdotum oppidorum Berlin et Cölln, noſtre Brandenburgenſ. Dioceſis, exhibita petitio continebat, quod, quamvis fraternitas ipſa, eorundem ſtatuta et ordinationes, per recolende memorie predeceſsores noſtros Ludewicum, Thidericum et alterum Thidericum, Hinricum et Johannem et poſtmodum per ſedem Apoſtolicam Bonifacium IX. in ſua obedientia nuncupatum, ſint approbata, laudata et confirmata, quia tamen novis morbis ſupervenientibus, neceſse eſt nova antidota preparare; Cum igitur reditus et facultates, de quibus fratres dicte Kalende, conſueverunt habere diſtributiones, pro vigiliis et miſsis, et orationibus omnium fidelium defunctorum, et maxime eorum, qui in eorum fraternitate deceſſerunt, adeo ſint diminute et exiles facte, quod non tante poſsunt inde receptiones haberi, ſicut ante conſueverunt haberi, Decanus ipſe et Camerarius aliique cooperatores et ſinguli fratres, propter hoc invicem convenientes, inter ſe concordarunt, et concorditer ſtatuerunt, quod deinceps numerus dictorum fratrum Presbyterorum triginta non excedat: Ita quod in antea non debeant nec velint plures acceptare Presbyteros, quamdiu iſte numerus eſt completus. Voluerunt etiam et concorditer ſtatuerunt, quod in antea non velint, nec debeant acceptare aliquos Presbyteros extra oppida Berlin et Cölln, curam animarum et Parochiales Eccleſias regere habentes. Vnde nobis humiliter ſupplicari fecerunt, quod nos hec ipſa eorum ſtatuta et ordinationes, tam vetera quam nova, imo etiam ipſam fraternitatem nuncupatam Kalendam, approbare, laudare, confirmare, omnemque defectum, ſi quis eſſet, auctoritate noſtra ordinaria ſupplere dignaremur. Nos igitur Stephanus, Epiſcopus, ſedis Apoſtolice ac Predeceſſorum noſtrorum veſtigiis inherentes, utpote qui Divinum cultum incolatus noſtri tempore optamus feliciter augeri, predicta omnia ſtatuta, vetera

quidem, prout in libro eorum continentur, quem et vidimus, et hic pro expresſis et inſertis haberi volumus, approbamus et confirmamus, volentes ipſam fraternitatem in ſuo robore et devotione permanere: Circa nova ſtatuta hoc conſiderantes, quod vulgaria ſunt jura, volentia non amplius ſuſcipi in monaſteriis monachorum ac puellarum, aut etiam Clericorum, imo in quibusdam Eccleſiis hec ſtatuta, juramento ſunt firmata, quam quod ſe de bonis Eccleſie ſine penuria regere poſſunt, et quod multi ad vigilias et ad misſas defunctorum vadunt, ſolum propter diſtributiones, alias non ituri; Vnde contingunt negligentie tam circa decumbentes, quam circa ſanos, in adminiſtratione Eccleſiaſticorum ſacramentorum, vnde omnia et ſingula ipſorum ſtatuta, ordinationes et laudabiles conſuetudines approbamus, laudamus et in Dei nomine in his ſcriptis confirmamus, dummodo nobis et noſtre jurisdictioni ac Prelatorum noſtrorum aut ſtatutis Provincialibus vel Synodalibus, ac aliis non derogent Canonicis ſtatutis. Adjicientes preterea, ut generali interdicto per nos aut Prelatos ac officiales noſtros non obſtante, ter vel quater in anno, ſeu quoties ſuas generales memorias celebraverint, et in tempore obitus alicujus ex fratrum eorum funeribus, preſentes officia ſua, videlicet vigilias et Miſsas defunctorum ſolemniter, pulſatis campanis, apertis Januis, interdictis admisſis, nominatim tamen excommunicatis et qui occaſionem vel cauſam dederint interdicto excluſis, poſſint celebrare, prout hoc etiam a predeceſſoribus noſtris datas vere penitentibus, qui eorum vigiliis et miſſis, usque ad finem interfuerint, et pro fidelibus defunctis devote oraverint, approbamus et ratificamus, etiam quadraginta dies pariformiter, auctoritate Dei omnipotentis, Beatorum Petri et Pauli Apoſtolorum confiſi et nomine Patris in Filii et ſpiritus ſancti adjicientes. Datum Berlin, in Aula noſtra epiſcopali, die Mecurii viceſima nona Decembr., anno Chriſti milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo ſexto, noſtri ſub ſigilli appenſione, in fidem et teſtimonium omnium et ſingulorum premiſsorum.

Küſter a. a. O. II, 447. Gleichlautende Beſtätigung daſelbſt S. 458 durch den Biſchof Arnold vom 25. März 1473.

CXIX. Kurfürſt Friedrich belehnt Heinrich Krewitz mit dem Gerichte Mehrow, am 25. Januar 1458.

Wir fridrich — Bekennen —, das wir vnnſerm lieben getrewen hinrich krewitz, Borger zu Berlin —, gelyhen haben — das gerichte zu Mere, dor ettwen Jorg Borſewitz vf geſeſſen hat vnd nu itzunt Clawes kratz bewonet, myt funf huffen, die zinſen ierlichen XXV ſcheffel roggen, XXV ſcheffel habern vnd XXV ſchilling pfenning, den zehenden, ein rokhun vnd ſuſt mit allem rechte, das der genante hinrich krewitz erblichen von Borſewitzen obingenant gekoufft — hat —, doch vnſchedlich dem lipgedinge, dem gnanten Borſewitzen von vns getan vnd gelegen, das ſoll hyrinne gantz abgeſundert vnd myt diſſen obgeſchriben lehn, zinſen vnd gutern gar nichts zu tun haben etc. — Coln, am donrſtag Conuerſionis ſancti Pauli, anno domini etc. LVIII. Recognouit dominus per ſe, vidit et legit.

Aus dem Churm. Lehns-Copialbuche C. M. XX, 81.